Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Et cum inueneritis renuntiate mihi ut et ego ueniens
adorem eum. Qui cum audissent regem abierunt.
Et ecce stella quam uiderant in oriente. ante ibat eos
usque dum ueniens staret super ubi erat puer. Videntes
autem stellam gauisi sunt gaudio magno ualde. Et in
trantes domum inuenerunt puerum cum maria matre
eius. Et procidentes adorauerunt eum. Et apertis the
sauris suis. obtulerunt ei munera. Aurum thus et
murram. Et responso accepto in somnis ne redirent
ad herodem. per aliam uiam reuersi sunt in regionem
suam. amen. collecta. O deus qui hodierna die unigeni
tum tuum gentibus stella duce reuelasti. concede pro
picius uos qui iam te ex fide cognouimus usque ad eum
perlandam speciem tue celsitudinis peruenire. Per.
In laudibus. a. Ante luciferum genitus et ante secla dominus sal
uator noster hodie mundo apparuit. capitulum. Surge illumi
nare iherusalem. Reges tharsis et insule munera offerent.
Reges arabum et saba dona adducent. ℣. Omnes de saba
uenient. ad ben. ant. Hodie celestis sponsus iunctus est
ecclesie quia in iordane lauat xpc eius animas. currunt cum mu
neribus magi ad regalis nuptias et de aqua facto uino letantur
hymnis. collecta. O deus qui hodierna die. ad. prima a.
Venit lumen tuum iherusalem et gloria domini super te orta est et ambu
labunt gentes in lumine tuo. ad. iii. ant. Apertis thesau
ris suis obtulerunt magi domino aurum thus et murram. alle.
℣. Omnis terra adoret te deus. et psallat tibi. ad. vi. ant.
Maria et flumina benedicite domino ymnum dicite fontes domino
Leua in circuitu oculos tuos et uide. capitulum. Omnes isti congregati sunt uenerunt tibi. ℣.